

quem habet homo ad seipsum naturaliter reflectitur in commodam proprium quod quod homo amplectitur certum est quod amoris sui ipsi non perfecte deseruit. Oportet etiam quod homo amoris naturalem proprium et amorem in quantum sunt impediunt amoris divini. Et ideo dicit scriptura. Qui amat patrem aut matrem plusquam me non est mihi dignus. Et quod pars quinta cecitas est et amantia quod homo per amoris extraneum deservit in aliquo homine. Unde et amor divinus contemnat et homo sibi spiritualiter mortitur. Hoc enim dolenter conque-ritur Augustinus. se fecisse cum ante suam conversionem adhuc in amore sui ipsi et venam amicitie conquinabat foribus concupiscentie. Oportet etiam quod homo deserat amorem omnium terrenorum in quantum abducunt ab amore divino. Quia recte est salubriter diligere et haberi potest in vita activa in quantum sunt instrumenta felicitatis et elegana virtuose operationis. Sed in vita contemplativa sunt simpliciter et totaliter deserenda. Quia perfecte actus contemplative vite consistit in speculatione et in interna directione summi boni quod abstracta ab omni exercitio vite active. Et quantum ad hoc dicit Augustinus. Quis te amat qui teum aliquid amat quod non propter te amat. Oportet etiam ultimo quod homo deserat se ipsum in amore naturali quod potest habere naturaliter etiam ad ipsum deum. Cuius ratio est quod talis amor est recipere et reflectitur in commo- dum proprium sui ipsi sicut cum homo diligit deum quod per ipsum habet esse et per ipsum conservat inesse non solum nature sed etiam gratie et glorie. Et quia tali amore homo non diligit deum propter seipsum sed magis propter commodam illud quod ab ipso consequitur vel exspectat. Ideo oportet quod homo a tali amore se separat et inerat deum pure diligere propter seipsum et sic possit vivere soli deo. De secundo patet. Nam secundo oportet quod homo qui vult perfecte deserere et abnegare seipsum quod deserat omnem affectionem et inclinationem quam habet ad complacentiam propriam et omnium suarum actionum ita quod nullis dulcescat propter seipsum vel etiam sibi a deo tribuuntur per gratiam sed solum ut ad divinum honorem ordinantur a quo etiam inesse fluxerunt. Et hoc rationabiliter contingit. Cum enim homo nullum bonum habeat a seipso sed solum divinitus sibi largitur a deo patet nimis esse absurdum quod de illo gloriatur et sibi ascribat quod solum sibi soli datur. Unde pars quod tales sic sibi in suis bonis actibus complacentes putant deum in quantum in ipsis est honorem sibi debito in quantum complacentiam propriam in eadem honorem sibi rapiunt et usurpant. Unde tales verissime raptorem

76  
dici possunt in quantum sibi rapiunt et usurpant honorem alienum soli deo debitum. Et ideo dicit Bernardus. Quid mihi vendico laudem; victorie cum non triumphaverim propria virtute et talis derelictio et abnegatio sui ipsi aperte figuratur in bestia primo ubi legitur quod quando bestia regem assuerum adire deberet quod seipsum per teneritudine continere non potuit sed habuit duas domcellas unam que ipsam precessit cui initebat et incubuit aliam que ipsam sequebat et que defluentiam vestimentorum eius sustulit ne in terram fluerent et ne ingressum eius liber impediret. Per bestiam regiam teneram significatur anima devota regali donatu suis viribus preloes et sibi ipsi ita deficiens quod pro teneritudine condicimus pro seipsum continere non valet quia non potest sustentari nec per amoris sui ipsi nec etiam alius rei create quod hoc totaliter propter deum deseruit et abnegavit et ideo habet puellam se precedentem cui innititur. Hec autem est ipsa gratia in cuius virtute et efficacia talis anima graditur et ei innititur que sibi in suis omnibus actionibus divino beneplacito conformatur. Alia vero puella que ipsam sequitur et vestimentorum defluentiam sustinet ne in terram decidant et terram contingat ipsa est gratia deo que de omnibus beneficiis preceptis deo gratias agit et dona dei in ipsum fontem a quo originaliter effluerat ordinat et rediret nec in aliquo ipso complacentiam vel humanum favorem postulat et requirit. De tercio patet. Nam postquam homo amorem sui ipsi et omnem terrenorum ac etiam ipsam complacentiam perfecte deseruit et rationi subegit. Adhuc restat tercio ut homo seipsum deserat quantum ad usum et exercitium omnium actionum intellectualium quantumcumque perfectarum quod patet. Nam postquam homo toto conatu suffultus ad utrumque diuine gratie mentem suam in summa acie contemplationis suspendat quod ultra progredi non potest tunc oportet quod ibi seipsum deserat et ab omni exercitio actu etiam quantumcumque perfecte liber et absolutus remaneat solum ibi diuina influentiam expectans quod illa in ipsa ultra humane facultatis exercitium disposuerit. Unde ibi simpliciter a se ipsa et ab omni exercitio cuiuscumque actus proprii naturalis vel gratie absolutur et solum passive diuinam influentiam prestat. Et ad hoc statum omni et libertatis propter nos inicitur eum dicitur vocare et videte quoniam suavis est dominus etc. Est autem intelligendum quod istud verbum non intelligitur de illa vacatione quam aliqui imprudenter ab omni exercitio virtuosissimo ipsis utili et convenienti se retrahunt in se ipsis quadam desidia ignavia torpescetes